

L A V R E N T I I
V A L L A E E L E G A N -
T I A R V M L A T I N A E
L I N G V A E L I -
B R I S E X.

E I V S D E M
De Reciprocatione Sui, & Suus, libellus.

Ad ueterum denuò codicū fidem ab
Ioanne Ræncio emenda-
ta omnia.

V I R T U T E D V C E,



C O M I T E F O R T V N A.

A P V D S E B . G R Y P H I V M
L V G D V N I ,
1548.

S T V D I O S O L E-
C T O R I S.

Habes lector optime hos Elegantiarum libros
multò quām antehac unquam prodierint, emacula-
tores, Ioannis Renerij opera, cum nonnullis annota-
tionibus, tibi haud parum profuturis, ab eodem in
margine additis. Veterum autem autorum exem-
pla, que Valla in corum, que de lingua Latina pre-
cepit, testimonium protulit, corrupta ferè, depraua-
taq; erant, ut uix ad eius negotium facere uideren-
tur, ea optima fide restituit. Ut te quoque maiore be-
neficio demereretur, loca unde ea sibi Valla desum-
pserat, ueluti digito indicans, margini uidebit : ut si
posthac chalcographorum aut incuria, aut in-
scitia peruersti contingat, tibi sūt unde
ea nullo negotio reparare queas.

Vale lector, Rane-

rijq; laboribus

fruere.

Componele da 23. de Octobre
de 1793. Urendo Profe.
Ioxpho Kies enta & souuen
Dio d. Salam. & mela-
do cincos n. yellow.

C. Sorenzo Leggaz

tentia maximus, riteq; secundus à Romulo conditor urbis appellatus. Ideoq; plures, pro se quisq;, in hāc rē elaboramus, ut saltē multi faciamus, quod unus effecit. Is tamē iure, uereq; Camillus dici, existimariq; debebit, q optimā in hac rē operā nauauerit. De me tātū affirmare possum, ut nō sperarē tantē me rei satisfactū, ita difficilimā sumpfisse laboris partē, durissimamq; provinciā, ut redderem alios ad cetera prosequenda alacriores. Hi enim libri nihil fere quod ab alijs autoribus (ijs duntaxat qui extant) traditum est, continebunt. Atq; hinc principium nostrū auspiciemur.

De nominibus quorum ablatiui plurales
exeunt in Abus.

C A P. I.



E V S, dea, deabus dicimus: Diuus, diua,
diuabus nō dicimus. Itē in quibusdā alijs:
ut, Filius, filia, filiabus: nō Priuignus, pri-
uigna, priuignabus: Natus, nata, natabus:
non Genitus, genita, genitabus: Equus,
equa, equabus: Mulus, mula, mulabus: nō Asinus, asina, asi-
nabus: nec Iuuēcius, iuuēcca, iuuēcabus: nec cetera similia. nō
Ceruus, cerua, ceruabus: nō Lopus, lupa, lupabus. Itē ut di-
cimus Libertus, liberta, libertabus, ita nō dicimus Libertinu-
sus, libertina, libertinabus: non Patronus, patrona, patro-
nabus: nō Concubinus, cōcubina, concubinabus: non Pedis-
sequus, pedissequa, pedissequabus: non Seruus, serua, serua-
bus: nō Famulus, famula, famulabus: non Dominus, domi-
na, dominabus: nō Animus, anima, animabus: tametsi quidā
his posterioribus utūtur. Cicero tamen ad uxorē, & filiā
scribens, Duabus animis suis dixit, non animabus. Et Curtius de matre, & uxore Darij, Dominis, nō dominabus di-
xit. Quod si qui per licetiā aliter loquuntur, nō est mirādū:
cum quidā ueteres dixerint Dextrabus, p dextris: & Ea-
bus, pro cis. Sed ego de usu loquendi dispiuto, nō de abusu.

Epi. 14. lib. 25.
epist. san.
lib. 3.

*Petri Gryphius
magister
et
gymnastice*

S E B A S T I A N V S
G R Y P H I V S G E R -
M A N V S E X C V -
D E B A T L V -
G D V N I ,
A N N . M . D . X L V I I I .



